



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 61. Mauritii Saxoniae Electoris Oratores Tridento discedentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

dubitarent, an absque periculo ad sua ^{Sæcul. XVI.}
 reverti valeunt, nihilominus eorum ^{A.C. 1552.}
 verbis haud amplius fides adhibebatur.

§. LXI.

Mauritii Saxoniae Electoris Oratores Tridento discedentes.

Cum ergo hi Legati interposita mora ^{Sleid. l. c.}
 discrimen indies augeri pertimesce-
 rent, clam aufugere statuunt, ac
 die decima tertia Martii antelucano
 tempore neminem salutantes Tridento
 exeunt, ac summa celeritate Brix-
 iam delati ibidem Cardinalem Triden-
 tinum accedunt, eum, quid consilii
 caperent, consulturi: Ceterum quod-
 nam ab eo responsum tulerint, ignora-
 tur.

Hos inter unus, priusquam Triden-
 tum veniret, diu Oeniponti com-
 moratus Electoris sui nomine unacum
 focis suis pro obtinenda Hassiæ Land-
 gravii libertate oblato libello supplici
 apud Cæsarem deprecabatur, tunc ve-
 ro abs dubio fidei publicæ literis muni-
 tus Oenipontum revertebatur, ac co-
 ram Cæsaris Ministris sese purgabat ob-
 sparsos belli rumores, quod ipsius Ele-
 ctor contra Imperatorem moliri dicere-
 tur, se vero hujus rei minime conscium,
 ac nequidem ab aliis credi ajebat. His
 dictis

Sæcul. XVI. dictis inde in patriam suam reversus est, A.C. 1552. ad quam etiam ejus focius per Serviam iter aggrediebatur, his tamen non obstantibus quatuor illi Wirtembergenses Theologi advenerant, quos inter præcipuus erat Joannes Bremzenus præter Joannem Marbachium, qui una omnes Montfortium Comitem adeuntes rem cum reliquis Cæsareis Oratoribus ita instrui rogabant, ut Synodi Patres ad eorum postulata responderent, ac de controversis fidei articulis disputatio rursus inchoaretur. Interposita hac postulatione mox altera die, seu decima nona Martii habita est Congregatio, in qua Lusitani Oratores, ut memoravimus, fuere auditi, simulque nulla alia re in deliberationem vocata, Sessio ad diem primam Maii fuit prorogata.

§. LXII.

Fidei professio ex Ducis Wirtembergici jussu typis impressa.

Sleid. p. 857. *Thuan. l. 9.* Interea Wirtembergicus Dux sectæ suæ confessionem nuper a suis Legatis Synodo exhibitam typis vulgari præcepit, ejusque Deputati recens submissi, necnon eorum Theologi nonnulla hujus professionis exempla Tridentum attulerunt. Hæc temeritas plurimum offendebat Prælatos, ac præprimis Legatus